



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici  
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||  
celeberrimi, ac Ecclesiae Ham-||burgensis quondam  
Decani**

**Krantz, Albert**

**Coloniae, 1574**

Capvt X.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11453**

**S**ed & Hugo rex per atatem illam Italia, legatus misit Henrico, amicitiam eius deposcentes. Postquam verò Rodolphus Francia rex in fata concessisset, Carolusq; vinctus in carcere diem suū obijisset, & Ludouicus eius filius cum matre ex Anglia vocaretur ad regnum, & ab obujs proceribus saluaretur, inq; patri locum rex constitueretur, non durauit affectio procerum: reuixitq; in corde multorū odium stirpis suae, statim subijt regis fastidium. Secedentibus ergò à regi Francis, Ludouicus rex, Rom. regem per nuncium petit, alicubi conuētum indicere velit ad colloquium, cupere se amicitiam ac beneuolentiam eius promereri. Henricus rex respondet: Non se posse regi in eare placere, nisi super eadem & Wilhelmi Normanni sententiam cognoscat. Ea re cognita, Ludouicus rex & Wilhelmu Normanniae ducem adit, docet qui sit regni sui status, quantum sit in ipso rerum momentum, si velit, posse illum magnae rei pondus subleuare, cuius apud regem perpetua perseueret memoria, modò Henricum regem inflectat, vt ad colloquium veniatur. & Wilhelmus nō curatanter annuit: auratū militē ex suis regi mittit Henrico: Conuentum postulat super Mosam fluuium. Henricus, cognita & Wilhelmi voluntate, nihil moratur, conuentui annuit: ad quem ipse proficiscitur: medio & Wilhelmo, reges colloquuntur: Icta sunt fœdera: Cuius rei cum fama percrebuisset, moti Francia proceres, regi suo cessere. Sed ingratus fuit postea Ludouicus rex & Wilhelmo eam rem procuranti: quod plenius in Norwagia scriptum.

**E**R  
thildis,  
dem Sa  
Immotu  
tis prop  
pugnau  
xoniam  
lorum in  
gina, &  
magni  
Magnu  
thildis a  
dit Gise  
nem ind  
tura dor  
cessit in  
genuit H  
lustrem,  
ex cuius  
um gent  
nor atun  
gia adm  
xit aute  
te nobili  
quem ab  
Angli or  
cula egr  
rit ea O  
aliquan  
rex ea f